Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sunt sup uniuersam terram usq; ad
horam nonam. Et circa horam no
nam exclamauit ihs uoce mag
na dicens. Heli heli lamazabha
tani. Hoc est deus meus ut quid
deliquisti me? Quidam autem illic
stantes et audientes dicebant
Helyam uocat iste. Et continuo
currens unus ex eis acceptam
spongiam impleuit aceto. et impo
suit arundini. et dabat ei bibere
Ceteri uero dicebant. Sine uide
mus an ueniat helyas liberans
eum. Ihs autem iterum clamans uo
ce magna emisit spm. ✠ Et
ecce uelum templi scissum est in du
as partes a summo usq; deorsum
et terra mota est: et petre scisse
sunt. et monumenta aperta sunt. et
multa corpora sanctorum qui dormierant
surrexerunt: et exeuntes de monu
mentis post resurrectionem eius ue
nerunt in sanctam ciuitatem. et ap
parauerunt multis. Centurio et
qui cum eo erant custodientes ihm
uisa terre motu: et hys que fie
bant timuerunt ualde dicentes.
Vere filius dei erat iste. Erant ait
mulieres ibi multe de longe que se
cute erant ihm a galilea ministrantes ei. inter quas erat maria mag
dalena. et maria iacobi: et ioseph

mr et mr filiorum zebedei. Cum se
ro autem factum esset. Venit quidam
homo diues ab arimathia nomine
ioseph: qui et ipse erat discipulus
ihu. Hic accessit ad pylatum et
petiit corpus ihu. Tunc pylatus
iussit reddi corpus. Et accepto
corpore ioseph inuoluit illud in
syndone munda. Et posuit illud
in monumento suo nouo quod
excauauerat in petra: et aduoluit
saxum magnum ad ostium monu
menti et abyit. Erant autem ibi ma
ria magdalena et altera maria
sedentes contra sepulchrum. Hic
Altera legat in modum eiusdem
autem die que est post parasce
uen: conuenerunt principes sacer
dotum et phyrsei ad pylatum dicen
tes. Domine recordati sumus quod
seductor ille dixit adhuc uiuens
post tres dies resurgam. Iube ergo
custodiri sepulchrum usq; ad die
m tertiam: ne forte ueniant discipu
li eius et furentur eum. Et dicant
plebi surrexit a mortuis. Et erit
nouissimum hoc peius priore. Ait
illis pylatus. Habetis custodiam
ite custodite sicut scitis. Illi autem
abeuntes muniuerunt sepulchrum
signantes lapidem cum custodibus.
Introitus Expectauit cor meum offr